libri primi elemē. Eu. angulus k h c. maior est angulo c i h. De duobus itaq; rectis reliquus f h k, minor est reliquo g i l. Ex cōmuni sententia. Si æqualibus auferantur inæqualia erit reliquū maioris ablati min⁹ residuo minoris ablati. Atqui ex hypothesi anguli ad k l. recti sunt, igitur ex eadem cōmuni sententia angulus k f h. maior est l g i. angulo, igitur ex angulo h f k. ipsi i g l. angulo æqualis k f m. augulus auferatur. Recta igitur linea i g. seu æq̄lis h f. ad g l. eandem habet rationem quā f m. ad f k. Et perinde f h. ad g l. minorē habet rationē, quā ad f k. Et quia per propositionē x. li. v. ele. ad quā eadem maiorē rationem habet, & illa minor est, ergo g l. maior est quā f k. Quo igitur amplius producitur e g f. conchoides in f. partem eo magis appropinqnat ipsi a b. quod oportuit demonstrasse.

¶ Secunda proprietas ipsius conchoidis primæ.

Si inter conchoidea & regulā a b. recta quæpiā linea ꝑducatur, ipsa conchoidē secabit. Sit itaq; norma a b. atq; polo c. interuallo autē d e. descripta conchoides & inter eam atq; normam a b. ꝑducta sit, recta quæpiam linea f g h. Aio ꝙ recta linea f g h. prodncta secet cōchoidea iam descriptā. ꝑducta itaq; linea f g h. aut parallel⁹ est ipsi a b. normæ, aut non, Sit igitur primū parallelus fiatq; vt d g. ad g c. ita d e. ad aliam quampiā k. Et centro c. interuallo autē k. circumferentia descripta secet f g. in f. & con